



IOACHIMVS

VADIANVS MEDICVS, ORATOR, ET POË/
TA LAVREATVS HELVETIAM ALLO/
QVITVR.



Andē, terra potens, quæ libertatis alūna es *Glareanus.*
Nosce, tibi attulerit quas Glarean⁹ opes. *Helvetiorū*
Ante tuas inuicta alijs Germania uires *gesta.*
Sensit, & ultrices est uenerata manus.

Scit Latium quotiens Latia tellure trophæa

Fixeris, Ausonios cum sequerere duces.

Testis & ipsa uiris Hispania diues & auro,

Auxilijsq; potens Gallia facta tuis.

Virtutis proprio tantum præcone carebas,

Mansuris caneret qui bene gesta notis.

Oppida qui pagos circum, tractusq; referret,

Quos inter Martis creditur esse domus.

Quiq; tuum longe uentura in sæcula nomen

Panderet, & rebus redderet arte decus.

Eluxit Glareanus amor patriæq; decusq;

Qui primus numeris ædidit illa bonis.

Eluxit, fecitq; uiam uenientibus annis.

Qua partum referant celsa sub astra decus.

A 3,

Nanque

*Penuria do-
ctorum in
Heluetia.*

*Martis do-
mus apud
Heluetios.*

Glareanus.

6 IOACHIMVS VADIANVS AD HELVETIAM.

*Pallas Helv
uetijs fauet.*

Nanque fauet nostris aurata cuspide Pallas,
Musarumq; tuis montibus agmen ouat.
Arcitenens hilari meditans cum Marte triumphos,
Blandiloquæ reparat plectra sonora lyra.
Iam tibi, quæ tardo passu rediere, peritis
En iterum affulgent aurea sæcla uiris.

*Oswaldus
Myconius.*

Quorum, qui facili calamo Myconius ardet,
Nostrarum magna est gloria Pegasidum.
Heluetios inter primo iunctissimus illi
Interpres cuius nobile pandit opus.

Adhortatio

Perge igitur gratare uiris terra optima doctis,
Ingenio quorum lausq; decusq; uenit.
Sic tua Cecropios uincunt monumenta labores,
Et Macedum uires, Argolicamq; domum.
Romulidum cecidit fortuna euerfa, Laconum
Nullus honos, & sunt Punica castra nihil.
Sola tibi defensa armisq; animisq; triumphat
Libertas, & habent fortia facta locum.

CARMEN SAPPHICVM IOANNIS XILO-
TECTI LVCERNANI LVSVM IN O-
SVALDI MYCONII COMMEN-
TARIO LVVM.

*Totus mun-
dus Helue-
rios nouit
ob res ge-
stas.*



Rduos totus loquitur triumphos
Mundus, & parua memoranda gentis
Gesta dispersit celebris rotundum
Fama per orbem.

Hostium